



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

De quæsitone suiipsius. Cap. 9.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

82. **SPECVLVM ANIMAE**
Pacifici cordis beati sicut. namque sola Consideratio, quod homo propter pacem cordis Dei filius connumerandus sit, hanc maculam efficaciter eluere poterit.

*De suiipsius quaestione,
Macula VIII.*

CAPVT IX.

*Ephes. 5.
Natura malitia occulta.* **N**EMO unquam carnem suam odio habuit. Vna ferè omnium præcipua, & maxima est labes propriae quaestionis, quandoquidè homo, quamuis in diuino seruitio sibi videatur omnia propter amorem Dei agere: nihilominus habet in seipso latens, secretum quoddam vitium siue propensionem naturæ ad sui quaestionem: qua fit vt sæpè sub eo prætextu quod Dei honorem spectet, seipsum quærat: quare nisi Dei seruus curam omnem adhibeat, ad vitium hoc radicatus excindendum, & maculam hanc funditus perpurgandam, in sancto perfectionis itinere, maxima damna atque detrimenta sentiet.

Amores duo seruilis. Est autem hic amor, adeò insitus & innatus naturæ nostræ, & magna arte

PARS PRIMA. • 83 •

arte & cautione optima sit ad dignoscendum, quando amor iste vitij, *filialis sunt sibi simili-*
quando virtutis sit: Quando videlicet nos ipsos, quando Deum, aut virtutem purè, & simpliciter quæramus. *mi.*

Sunt enim hi duo amores, seruilis nimirum & filialis, in operando adeò sibi similes, vti duo capilli vnus capitis, qui ab inuicem facilè discerni nequeunt; cum tamen admodum dissimiles & diuersi sint in intentione: quia filialis amoris præcipuus scopus in malorum fuga ac virtutum exercitijs est: Deum cognoscere, venerari, honore afficere, propitium sibi reddere, ei placere ac gratias agere, atque in omnibus ea quæ ipsi acceptissima, sanctissimæque voluntati eius magis conformia sunt, inquirere, amplecti, & perficere. Quibus ferè contraria facit seruilis amor, quem ex tribus his indicatijs agnoscere licebit.

Primum est: Cùm quis in mali deuotione, ac boni operatione, ad se ipsum semper respicit, omniaque

Indicia ex quibus cognoscitur seruilis amor.

D 6 aut

aut pro euasione confusionis alicuius, vel poenae, aut utilitatis alicuius respectu agit. *Secundum*; quando opera sua magni aestimant, ac se præclara quædam atque laude dignissima operari, plurimumque per ea mereri, sibi persuadet: sicque ex donis diuinis in superbiâ erigitur, atque in illis sibi magnopere placet.

Tertium indicium est: Quod in virtutum studijs minimè desudaret, nisi remunerationem aliquam, siue in hoc sæculo, siue in futuro, se consecuturum speraret. Qui eiusmodi sunt, in pessimo statu sunt, & donis Dei ad maiorem suam damnationem abutuntur. Necessarium itaque est, ut seruus Dei hæc diligenter aduertat, atque in hac macula eluenda plurimū studij atque operæ ponat.

*Modus eluendi maculam quasi-
tionis sui ipsius.*

Necessariū PRIMVS modus labem hanc
est int. ntio- deformem eluendi & mundandi
nem in ma- est: Intentionem rectam, tam in ma-
lis fugiendis lis quæ fugimus, quam in bonis quæ
agimus,

agimus, assumere: & diligenter dis- *bonis a-*
 quirere, cur hoc vel illud aggredia- *gendis recti-*
 mur: cur hoc vel illud deitemus: *ficare.*
 intentioneque accuratè discussa,
 animam suam hoc pacto alloqui.
 Aedesdum anima: dic quæso cur pec-
 catum hoc vitas? Aut cur actionem
 hanc aggredi pergis? Quid est quòd
 te permouet, ad carnem inedia, ie-
 iunijsque macerandam? vigilijs, cili-
 cio, flagellis, alijsque rebus asperis,
 & duris edomandam? Quid impel-
 lit te ad benefaciendi studium, &
 eleemosynas in pauperes erogan-
 das? Moxque vt maculam quam pi-
 am inuenerimus, illam mundare &
 firmiter secum statuere, omnia que
 agimus solius Dei amore nos ag-
 gredi velle. Atque hoc propositum
 & intentionem sæpè renouare, ac
 nosmetipsos Deo in omnibus & per
 omnia sine vlla contradictione in
 supremum illius beneplacitum of-
 ferre. Hæc est pulcherrima & com-
 pendiosa methodus breui magnos
 in vita spirituali progressus faciendi.

TRE autem gradus habet in- *Intentio*

D 7 tentio:

*tres habet
gradus.*

*Intentio re-
cta.*

*Intentio
simplex.*

Intentio

Intentio: Est enim intentio recta: est intentio simplex: est denique intentio Deiformis. Intentio recta illa est, cum bona quae agimus, aut mala quae vitamus, simpliciter propter amorem Dei operamur aut fugimus: haec intentio quavis recta sit, non tamen sufficit ad perfectionis adeptionem: quia non quaerit simpliciter Deum, quamuis pro fine omnium operum Deum habeat, sed varijs curis, sollicitudinibus, & perturbationibus, vitae actiuae distinetur, atque in multas distrahitur.

Simplex autem intentio perfectior est: quia caeteris omnibus relictis ad Deum solum se conuertit, ut ipso perfruatur, ac in ipso gaudeat: haec spectat ad vitam contemplatiuam, ac proinde simplex vocatur, quia non tantum recta est, dum omnia propter amorem Dei peragit, sed etiam simplex, quia in Deo simpliciter quiescere appetit: Huic tamen intentioni etiam labis aliquid inherere potest, si nimium sibi anima complacet in dulcedine contemplationis.

Est & tertia intentio quae Deiformis

mis appellatur; quæ in omnibus & *Deiformis.*
 per omnia se diuinæ voluntati, con-
 format, atq; in sanctissimū eius be-
 neplacitum resignata, ipsi cōmittit,
 vt sensibilem dulcedinē vel largia-
 tur, vel tollat: Quam si largitur, eam
 humiliter acceptat, eiq; gratias agit,
 in cæteris nihil præterquā gloriam,
 honorem, & diuinū beneplacitum,
 tum in aduersitate, tum in prosperi-
 tate, quærit. Hæc pertinet ad supre-
 mum gradum vitæ contemplatiuæ.

SECUNDVS modus maculam
 propriæ quæstionis eluendi est; Li- *Quomodo*
 brum cognitionis suiipsius sedulo *mortifican-*
 euoluere, in eoque perdiscendo dies *da sit qua-*
 cum noctibus iungere. Certū namq; *sitio sui per*
 est, quòd quisquis probè seipsum *cognitionem*
 cognouerit, non modò seipsum non *suiipsius.*
 quæret, sed etiam vehementer ab-
 horrebit: Ex sui etenim cognitione,
 nascitur ingens illud odium, quo
 præcipui quique Sanctorum in seip-
 sos exarserunt, atque semetipsos
 pro posse contempserunt & omni-
 bus substrauerunt: ita vt etiam cū
 ab alijs respiciatui haberentur, &
 ludi-

88 ◉ SPECVLVM ANIMAE
ludibrijs ac inuisionibus exciperentur, gauderent.

TERTIVS modus; in sancte humilitatis libro perdiscendo, totum studium ac industriam collocare, frequentes humilitatis actus exercere, atque eam semper præ oculis habere, ac de ea cogitare. Est enim verè summi & cœlestis ædificij fundamentum.

*De gloria & honore mundano,
Macula IX.*

CAPVT X.

x. Ioan. 2.

Tria principalia peccata, que totum mundum inficiunt.

OMNE quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Hæc sunt tria illa Cerberi capita, quæ vniuersum mundum sua virulentia inficiunt: Hæc est macula triplex, quæ cuncta foedè contaminat & polluit: Concupiscentia nimirum carnis, id est, luxuria & gula: Concupiscentia oculorum, id est, auaritia: Et superbia vitæ: De prioribus duabus aliqua iam diximus, de tertia verò, superbia, nunc agemus. Quæ potissimum generatur